

Yd  
1724

F. K. 49.

Q. D. B. V.

MARTYREM  
**A F R A M**  
PER SEPTINGENTOS ANNOS  
MISNENSIS AEDIS  
PATRONAM

DESCRIBIT

AC TRES ALVMNOS AFRANOS

A. R. S. 1776, III NONAS NOVEMBR,

HORA X

IN AUDITORIO MAIORI

DECLAMATVROS

EFFICACIBVS PATRONIS ET AMICIS  
AFRANEI

COMMENDAT

IO. GOTTFRID HOERIVS.

MISENAE

LITTERIS SCHVLZIANIS.



**I**n gracilibus Misnae Annalibus, rariorū e fonte librorum hantis, G.  
Fabricius narravit: apō ~ LX Reinerus praeſul perficit et dicat Afrae mona-  
ſerium. Eam narratiunculam pro uiribus traçtabo sic, ut primum do-  
ceam, quae fuerit Afra; deinde inuestigem, cur ei nostrum alceterium  
dedicatum eſt videatur.

Pot Afra quaedam uirgo, imperante Hadriano, VIII Calend. Iun.  
Brixiae ob CHRISTI uenerationem affecta supplicio, cui templum Brixien-  
ses Itali sacrarunt, et cuius acta in operibus Philaſtrii I. A. Fabricius exhibi-  
vit. Sed illam suo loco relinquimus, a Misnica celebritate alieniorem.  
Pertinet hoc propior Afra, cuius domo Seruator septem daemons eiecit.  
Nam et ipſa CHRISTVM caste colere didicit, et per eam patruus Afer,  
auunculus Dionysius, mater Hilaria, ancillæ tres, Digna, Eunomia et Eu-  
tropia, salutis aeternæ uiam inuenierunt. Patris mentio nulla fit. Nam  
Hilaria, genere Cypria, Veneri et parentibus ut placeret, se fuctum exti-  
tisse non dissimulauit. Non igitur opere pretium eſt, mandari literis ho-  
minem uagum, qui spuriae suæ neglexit educationem. Hanc uero curam  
patruus cum gereret, ab eo adoptata nomen assunxit Afræ, quæ patriam  
illius Africam non uidit, sed uitam Auguſtæ Vindelicorum accepit, egit,  
amisit. Cum enim in ea C. Octauii Auguſti colonia, eodem anno, quo  
Paphios terræ motus afflixerat, constituta, Capitolium Ioui, lunoni, et Mi-  
neruae, et aerae uariae Siluano, Plutoni et Proserpinæ, Mercurio, Marti,  
dùs deabusque pluribus eſſent sacrae; inclinante ſeculo tertio, quo Carinus  
frequens corrutor iuuentus imperium tenuit, Hilariam ſacerdotes Vene-  
ris induxerant, ut crederet, filiam hoc fore deae cariorem, quo plures  
haberet amatores. Haec igitur blandula didicit excipere iuuenes holpitio,  
ut Hierichuntica Rahaba. Accidit sub autumnum anni CCCII, cum Da-  
tianus praef Hispanorum cuncta Christianorum diſturbaret ac diſparet,  
ut Gerunda migraret ueniretque Auguſtam cum Felice diacono Narciflusuſ  
epiſcopus. Eſurientes in Afræ suburbano diuersorio precibus et carmine  
divino ſe ad coenam præparant. Holpita, moris sanctitate perculſa, ad  
pedes epifcopi procidit, ac tanto ſe aduentore fatetur eſſe indigniſſimam.  
Serio poenitenti facit ille ſpem ueniae, ſi IESV Seruatori confidat. Haec  
lacta nouo nuntio famulas aduoocat, cum quibus haud intuis duumiroſ tota-  
tam noctem dulcissimis dare hymnis audit. Sopitam ſub gallicinum can-  
delam cum accendere feltinans non poſſet, diaconus, noli, inquit, quaerere  
lumen, quod extinguitur; mox tibi lux inextingibilis oſtendetur. Confeſſim,  
epiſcopo Psal̄ LXXX, 4 recitante, fulgore colluet aedes. Circa  
tertiam horam diei quaeruntur a ministris magistratus alienigenæ, fronti ſi-  
gnum crucis imponere ſoliti. Scilicet in Afræ uocatio ambigue responderet Afra,  
piusque ſub lini fascibus occulit. His ita geſtis, abit ad matrem Hilariam,  
eique ſua narratione cupiditatē uidendi ſalutares aduenas iiiicit. Vespe-  
ralente coelo Narciflusuſ adducitur, cuius accumbentis pedes amplexa tres  
horas tenet Hilaria, obſcrans, ut DEO reconcilietur. Consultus ſobriae  
ſapientiae ieunium huic familiaeque per hebdomada feruandum, ut frigat  
Venus, indicit. Interea cacodaemonem aethiopi (ut aiunt) ſimilem inter-  
rogationum laqueis inuoluit, iis ſedibus affiditatem precum expulit, ad fon-  
tem Alpium Iularum draconis interficiendi cauſa amandauit. Octauo de-  
inde die domum Hilariae baptismo beauit, atque id aedificium, ubi neo-  
phytos aliquamdiu docuerat, CHRISTO dedicauit, presbyterumque Dio-  
nyſium conſtituit. Rebus ita per nouem menses confeſſis, Narciflusuſ cum  
Felice Gerundam rediit, triennium ibi Christianis profuit, tandem gloriam

martyris III Cal Nouembres confectus est, cuius stolam Berengarius Gerundensis episcopus Sighardo abbatii Augustam & LXXXVII, XII Cal. Sextiles, transmisit. Sed reuertor ad Afram. Haec anno CCCIII, VII Idus Sextiles, ad Gaium iudicem, cuius iusfu pridie patruus Afer nouae religionis caufa neci datus erat, desertur. Multas horas urgenti, ut diu sacrificet, non minore animi fortitudine, quam Alexandrina Catharina Maxentio, resistit. Nam opprobranti uitam meretriciam, ex eaque neganti, DEO Christianorum idoneam esse, respondit, se pristini erroris quotidie poenitere, meretricibus autem, lacrymis IESV pedes rigantibus, aditum ad gratiam patere. Lubenti sperare quaeclsum, si Venerem recolat, has ego, inquit, fordes abieci, excrandasque pecunias pauperrimis fratribus obtrusi. Minanti, ceruicem obstinatam in coniectu amasiorum catomis, id est, virgis ferreis plumbeisque caefum iri, peccati me, inquit, non uerberum pudet. Decernenti uiuicomburium, hilaris acclamat: hoc est, quod opto, ut pulcherrima illa morte requiem consequar, ne flammis aeternis conflagrem. Edicte igitur tyrannus, ut uiua cremetur. Ad quod supplicium rapta, in Lyci fluminis insula uestibus nudatur, palo alligatur, fermentisque circumdati, inter ardentiora suspiria DEO gratias agens animam efflat. Sic heram extingui, conspicuntur prope ripam feruae, atque aduectae cymbula mirantur praefocatae corpus angusto clauilum ipato non concidisse. Nuntiant Hilariae, flammis laetum esse nihil. Mater itaque cum ficerdotibus candidissimo caementi corpus obductum nocte sepelit. Id ausum suo Gaius iniussu damnat furti, et iusta facientes, si deos aspernentur, eodem loco uinciri, comburi et contumulari praecepit. Quocirca Hilariam, Dignam, Eunomiam, Eutropiam, Dionyfium, Idibus Sextilibus commune fatum eodem dormitorio, quo moribus simillimam Afram, conclusit. Hoc, quantum quoque modo videbatur, ex Aetis, asseruatis Augustae non aliter ac Gerundae, publicatisque et illustratis a Marco Velfero, decerpsti. Velferus enim, Augustanæ reipubl. Duumvir eruditissimus, ad ornandam patriam et ad inueniendam defendendamque ueritatem plus candoris et studii, quam Laurentius Surius, contulit, iisque de caffis ne Bernardo quidem Hertfeldero, splendorioris descriptionis architecto, postponendus est. Ergo notitiam Afrae tanto Patrio, a quo se ipse Baronius gaudet emendari, postissimum acceptam referimus.

Ponuntur in eiusdem operibus, a Christoph. Arnoldo collectis, uestigia, quibus infistens, ad aliquam rationem adducor, quare nostra sit aedes Afræ destinata. Cliens huius patronae Reinerus, cognomine Rotmanus, suis temporibus seruit, quibus, obfcurato cultu et praesidio Omnipotentis, in loca plenissima timoris undique diuos diuasque mos erat euocari. Manes non ita pridem coelo deuocati et inclarecentes ad opitulandum alacriores et tortiores fore credebantur, quasi uires obfoletorum semideorum, ut leoparum dissolutarum, uisu detererentur. Peregrinitas etiam nutrit admiratio, admiratio nimia superstitionis, superstitione effusæ donationis esse follet. Ac Milnae quidem, cuius ingenuam ecclesiam anno DCCCCLXVIII e testamento Henrici Aucupis Otto I, suffragante Ioanne XIII P. R., non modo DEI Ioannisque duodecimuiri, uerum etiam Donati martyris, tutelae commiserat, Bohemorum et Polonororum hostilitas, ac pestilentiae uis, alternis uicibus nocuerunt. Quibus malis ut mederetur, animaduerlo languore Canonorum, Reinerus septimus Praeful excirandis sanctitatis studiis nouam operam nauauit. Fuerat is anno & XLVI ad obtinendam hanc spartam uehementer adiutus auctoritate Henrici III, qui ab abbate quadam donatus

equo, et eo praeter opinionem suam ex equili nobilis viri surrepto; ductus erroris poenitentia deceptricemque Simoniam detestatus, nuncupauerat hoc votum: Sicut mihi, inquit, Dominus coronam imperii sola miseratione sua gratis dedit, ita et ego, quod ad religionem pertinet, gratis impendam. Tam castae lectiones et integre Reinerus, sine mora natus est approbatorem Clementem II, et inaugurem Engelhardum, quod alter pontificatum romanum, alter archiepiscopatum Magdeburgensem, Imperatoris voluntate accep-  
rat. Sed tantam benevolentiam experio libita mors Henricum admisit. Interim fama percrebuerat Afrae hac ratione: Vdalicus episcopus Augustanus, ob sanctitudinem et prudentiam Ottoni M. valde carus, Afrae facillum, quod olim sexto seculo a Fortunato poeta salutatum, nuper Hungari exulerant, diuino quadam admonitu magnifice reaedificari iusserat. Quem DCCCC.  
LXXIII, aetatis octogesimo tertio anno placidissime defunctum, in Afrana aede comitantibus funus sacerdotibus sepultum, miraculisque clarum, Io-  
annes XV P. R. in sanctorum numerum vicefimo post anno retulerat. Hui-  
us decreti tabula cum ad omnes archiepiscopos, episcopos et abbates, in Galliam et Germaniam effet missa, non solum Vdalici, verum etiam Afrae, gloria feculo potissimum undecimo uiguit. Archiepiscopus Coloniensis, Anno alter, articulum pollicis in pede Afrae petuit, felicem fore credens suam ciuitatem, si talibus ditaretur reliquias. Annonis eductis dis-  
ciplina Henricus IIII Imp. alterum articulum Spiram acciuit. Videtur ita-  
que Reinerus huic sui amplificatoris filio et successori, cuius animum Dedo Marchio exasperauerat, additupari uoluisse, cum, indulgente Nicolao II P. R., Afrae nomen, aetate sua tam inclytum, secerneret, ac suis de me-  
liore nota commendaret; opere non solum inchoato sic, ut orationem ha-  
beret et crucem figeret, sed etiam impigne continuato, ac paullo ante mor-  
tem exacto: nam anno 160, XVII Cal. Maii, uitam finit.

Haec tenus de religiosa Reineri dedicatione feci coniecturam, ut potui,  
Te L. B. rogans, ut mihi, si quid noris certius, impertias. Nam docendo  
discere non minus cupio, quam mei. Ex his optimae spei Primani tres in  
Tuum confpectum prodire parant. Crastino enim, si DEVS fierit, dies  
qui dies ante Afrana encaenia oculatus est, primum

CHRISTIANVS GOTTFRID MEHNERTVS, Frauenhaynensis, Ora-  
tione latina animaduersiōne lucenalis, (VII, 203) Poenituit multos uanae  
sterilisque cathedrae, diligenter explanabit. Tum

JOANNES FRIDERICVS HOFMANNVS, Mühlbergensis, Graecis uer-  
bis ornabit patientiam DEI, delictis Afranis offensi. Tandem

GOTTLOB WILHELMVS KVNERTVS, Kribsteinensis, Carmine hexa-  
metro miram conseruationem Saxonibus laudabiliter utilis Afranei,  
et beneficentiam Vicedominicam, praedicabit.

Horum declamationes, septingentesimum annum Afrani concelebraturas,  
si attente beneuoleque audieris, studioſis Tui pergratū feceris Africolis,  
benigniori solius DEI prouidentiae tribuentibus honorem, quod


Fertilis est fanae doctrinae Afrana cathedra.

o MELBOIE, DEVS NOBIS HAEC OTIA FECIT.

Der HERR hat alles VVohL geMaChr.

Yd  
1724

S.K.49



Q D. B. V.  
RTYREM  
R A M  
PTINGENTOS ANNOS  
ENSIS AEDIS  
ATRONAM  
DESCRIBIT  
S ALVMNOS AFRANOS  
lx, III NONAS NOVEMBER,  
HORA X  
VDITORIO MAIORI  
DECLAMATVROS  
S PATRONIS ET AMICIS  
AFRANEI  
COMMENDAT  
TTERFRID HOERIVS  
MISENAE  
RIS SCHVLZIANIS.

